

Caput I.

236

A Mibi dico, si in vinculis] posito, & ideo multū indigenti eius ministerio, in vinculis dico, [euāge-
lii, id est, quæ pro euangelio patior, non pro crimi-
ne meo. His de causis volueram cum detinere. Sed
postea mecum retractas, [nihil] de seruo tuo [vol-
ui facere sine tuo consilio, id est, sine tua nutu &
communi voluntate, [vti ne velut ex necessitate,
id est, vt nō quasi ex necessitate] eset bonum tuū,
id est, vt non eset in iuitum bonum tuum, [sed vo-
luntarium, id est, ex tua voluntate procedens. Bo-
num Philemonis erat, ministerium quod seruo e-
ius pro eo exhibebat Apolo. Qui scilicet Apo-
stolus poterat & absque voluntate Philemonis O-
nesimum sibi in ministerio retinere. Sed si hoc si-
ne ipsis voluntate fecisset, bonum quidem erat,
sed non voluntarium. Quod autem non erat vo-
luntarium, alio genere arguabatur non esse bo-
num. Nihil quippe bonum dici potest, nisi quod

B vtroneum est. Ex quo apostoli consideranda pru-
denta, qui idcirco fugituum seruum remittit ad
dominium, vt proficit domino suo, qui prodest non
poterat, si domino teneretur absente & iuitio. Po-
test etiam ex hoc loco solui, quod à plerisque fre-
quenter queritur, quare deus hominem facies ad
suam imaginem & similitudinem, facere eum ita
noluit vt malus esse non posset. Si enim deus vo-
luntarii, & non ex necessitate bonus est, debuit
hominem faciens ad suam imaginem & simili-
tudinem, facere vt ipse voluntarie & non ex neces-
itate bonus eset. Qui autem assurterit ita eum de-
busse fieri, vt malum recipere non posset, hoc di-
cunt. Talis fieri debuit, qui necesse est bonus eset,
& non voluntate. Quod si talis factus eset, qui bo-
num non voluntate, sed necessitate perficeret, non
eset deo similis, qui ideo bonus est, quia vult, non
quia cogit. Ex quo manifestum est, rem eos po-
stulare contraria. Nam ex eo quod dicunt, de-
buit homo similis deo fieri, illud petunt, vt liberi
fieret arbitrio, sicut ipse de⁹ est. Ex eo autem quod
addunt, talis debuit fieri, qui malum recipere non
posset, dum necesse est ei boni importans, illud,

C vt homo similis deo non fieret, volunt. Soluitur
ergo ista quæstio: Potuit deus sine voluntate eius
hominem facere bonum. Porro si hoc fecisset, nō
erat bonum voluntarium, sed necessitatis. Quod
autem necessitatis bonum est, non est bonum, &
alio genere malum arguitur esse. Igitur proprio
arbitrio nos relinques, magis ad suam imaginem
& similitudinem fecit. Simile enim esse deo, ab-
solute bonum est.

Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam a-
te, vt in æternum illum reciperes, iam non
vt seruum, sed pro seruo charifsumum fra-
trem, maxime mibi. Quanto autem magis
tibi & in carne & in domino?

Nonnunquam malum occasio fit bonorum, &
hominum prava consilia deus verit ad rectum.
Quod dico, manifestius exemplo fiet: Ioseph fra-
tres sui stimulis inuidit concitat, vendiderunt

Ismaelitis, hoc initium patri & fratribus & toti D
Aegypti bonorum omnium fuit. Denique ipse
fratribus postea dixit. Vos cogitatis de me malū, Gente. 50
& deus verit illud in bonū. Simile quid & in O-
nesimo possumus intelligere, quod mala principia
occasions fuerint bona rei. Si videlicet dominum
non fugisset, nunquam venisset Roman, vbi
erat Paulus vincitus in carcere. Si Paulam in vin-
culis non vidisset, fidem Christi non receperisset. Si
Christi fidem non habuisset, nunquam Pauli effe-
ctus filius in opus euangelij niteretur, ex quod gra-
datim colligitur, quod ideo minister euangelij fa-
etus est Onesimus, quia fugit à domino. Et hoc est
quod dicitur: Debes illum honeste & libenter fu-
scipere, quia [forſitan] ideo ad horam, id est, ad bre-
ue tempus diſceſſit à te, vt æternum, illum recipere
res.] Pulchra autem addens forſitan, sententiam
temperauit. Occulta quippe sunt iudicia dei, &
temerarium est quasi de certo pronunciare quod E
dubium est. Forſitan, inquit, ideo diſceſſit, caute,
timide, trepidanter loquens, & non torum fixo
gradu, ne si non posuſſet forſitan, omnibus fer-
uis fugiendum eset vt apostolici fierent. Forſitan
idcirco diſceſſit à tuo seruitio non diu, sed ad ho-
ram, id est, quasi ad vniuersitatem spatiū, vt pro tā
breui recessione reciperes illum in æternum, id
est, æternaliter tecum permanſurum, qui tantum
modò temporaliter erat tecum mansurus, nisi re-
cessiſſet. hoc est, fortasse deus p̄evidit & eum à
te ad horam, id est, ad breue tempus diſcedere se-
creto consilio voluit, vt tu qui non eras illum æ-
ternaliter tecum habiturus, si non diſcederet vt
ad me perueniens fidem accepert, reciperes il-
lum habiturus tecum non horarium, sed æternum.
Cum enim candem fidem ac religionem teneat
quam tu, hic & in futuro tectum ſemper erit, qui
perenniter à te separandus erat & suppliciis man-
cipandus, si non ad horam diſceſſiſſet, vt infide-
licitatem exueret, licet hæc Apostolus quasi dubi-
tatiū dixerit, tamē ita veraciter completa sunt
vt pronouciantur. Nam Onesimus iste, sicut ex li-
teris patris dicidimus, factus est postea pontifex F
& martyr gloriſos. Reciperes (inquam) in æter-
num, [iam, id est, post acceptum libertatis spi-
ritum in baptismō, [non vt seruum] sicut prius,
[sed pro seruo fratrem,] quia cœpit eundem in
cælo tecum habitare patrem. fratrem non qua-
leminque, sed [charifsum] cunctis ecclesiæ
filiis, qui sanctitatem quam nunc habet noue-
runt, sed [maxime, id est,] multo plusquam aliis eset
charifsum [michi], qui magis noui quos chario-
res aſtimare debebā & qui magis huius perfectam
conuerſionem ſeo quam alij. Et mibi quidem pro
ſola spirituali fraternitate tam excellenter charus
est, sed [quanto magis, id est,] valde amplius de-
bet esse [tibi] charifsum, [& in carne, id est,
respectu carnis, quia tibi carnale seruitum de-
bet, vt postea seruus, [& in domino,] id est, in
respectu domini, quia eius per fidem factus est
filius & regni eius particeps est tecum futurus:
In eo quod ait, vt æternum illum reciperes, no-

Rr ij tandem